612

Sanocense ad quod prius et proximius ex ipsis Stabitur Ex-
tunc recessi in supra scripto quo ad respondendum spectat mediante
Semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio Stare
Juri parere respondere Vadium praetactum luere inhibitioni
praesenti Satisfacere ac omne Judicatum pati debebit
et tenebitur seq. ac suos Successores ad eadem omnia
inscribit et obligat praesentibus. Alium terminum primum
peremptorium tum et alios omnes exinde consequentes
eat sed eiusdem terminos Semper peremptorios terrae infir-
mitate pro Maiori Minorennitate Successorum Legatione
intra vel extra Regnum Servitio Militari ad Munimenta
ad Evictorem vel alys quibusvis Dilationibus et Lega-
tibus Impedimentis non differendo ad quietationem Ultra
proximos Officy praesentis Castrensis Praemisliensis sive
Castrensis Sanocensis terminos Dilationem sibi non recipi-
endo nullasque Nullasque Motiones Appellationes ac earundem pro-
Sequutiones faciendo praemissaque omnia Poenis Simplicibus
vel triplicatis Evasionibus Suspensionibus Fatalys Juris
Disiunctione terrestri bello Conventione ac alys Juris remedys et de-
fensis quibusvis non subterfugiendo nec alio quovis modo eva-
dendo. Hac sua potenti personali Recognitione ad praemissa
omnia et singula mediante.

Gnosi Wolscy Coniuges inscri-
bunt sibi mutuam Advitalitatem

coram

Ex Copia. Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Comparentes personaliter Gnosus Simon Josephus de Losniewice Wolski Thesaurarius Terrae Sanocensis, olim Gnosi Nicolai de eadem Losniewice Wolski cum Gnosa Sophia de Domaszowice Grodzicka Consorte ipsius legitima procreatus Filius ab una et Alexandra de Tnihow Ostrzycka Gnosi Mathiae Stanislai de eadem Tnihow Ostrzycki Iudicis Terrae Sanocensis cum Gnosa 100 Marianna Brzezinska Consorte eius legitima procreata Filia supraescripti Gnosi Simonis Josephi de Losniewice Wolski Thesaurarij Sanocensis Consors legitima parte ab altera sani mentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competen recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad Actum Modernum attinet seseum Successoribus ac Bonis suis generaliter Omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum Recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro intere se recognovit; Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri Omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum et Obligatoriorum Mobilium et immobilium Summarumque quarumvis pecuniarum Atque Auri Argenti, Clenodiorum Stanni Cupri Aeris, Orichalci Unionum Margaritarum Vestium Vestimentorum Equitaturae Curreae Pecorum Pecudum ac totius suppellectilis domesticae, in quacunque forma et Materia existens nunc habita et in post habenda Mutuam Advitalitatem et Usumfructum ad extrema Vitalitatis, vitae suae Tempora tantummodo et non ultra dederunt concesserunt inscripserunt et assignaverunt prout dant concedunt inscribunt et assignant praesentibus tali videlicet modo Quod si quis praefatum Gnosum Simonem Josephum Wolski Maritum quam ipsam Gnosam Alexandram de Tnihow Ostrzycka

Consortem ipsius Mori et de hac luce decedere contigerit extunc praefata Gnosa Alexandra Wolska Consors bona suprascripta generaliter omnia acres suprascriptas morte praefati Mariti sui derelicta cum omni eorundem Iure Dominio et proprietate competentiaque et praerogatiua quauis omnibusque et singulis eorundem Vtilitatibus et vsufructibus tenebit habebit et possidebit, illisque quiete et pacifice vtifruetur ad extremam duntaxat vitae suae Tempora, post mortem vero et de hac luce decessum praefatae Gnosae Alexandrae Wolska consortis extunc praedicta bona et res generaliter omnes Inscriptioni praesenti subiectas morte praedicti Gnosi Mariti sui derelictas ad successores praenominati Mariti sui sine quouis Impedimento et contradictione successorum praedictae consortis suae, totaliter et plenarie deuoluentur. Similiter quoque si prius praenominatam Gnosam Alexandram Wolska Consortem ipsius legitimam quam ipsum praenominatum Gnosum Simonem Iosephum Wolski Maritum suum mori contigerit Extunc idem Gnosus Maritus Bona suprascripta quae omnia morte praedictae Consortis suae derelicta cum omni eorundem Iure dominio et proprietate competentiaque et Praerogatiua quauis omnibusque et singulis eorundem Vtilitatibus et vsufructibus tenebit habebit et possidebit illisque quiete et pacifice ad extrema duntaxat vitae suae Tempora vtifruetur post mortem vero eiusdem Mariti sui extunc Bona suprascripta quae omnia morte praedictae Consortis suae derelicta ad successores praedictae Consortis suae sine vlla contradictione successorum praenominati Gnosi Wolski Mariti totaliter et plenarie deuoluentur. Vt sic praesentibus personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia et singula Mediantibus

Gnosus Grochowski Venator